OFFICIUM CAPITULI (MARTYROLOGIUM. REGULA BENEDICTI)
Admont, 2. Drittel 12. Jh. Seite 42v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tiani uariis tormentis dilanians. cum parimodo constantia fidei ui
deret armatos. tradi ignibus iubet. Dioscorus vero multiplicitur fla
gellatus. diuino nutu ad consolationem fidelium est dimissus. In antio
chia sanctorum martirum Drusi Zosimi & Theodori. Item remis passio sancti Ni
casii episcopi. & Eutropie uirginis sororis eiusdem.

VIIII F[illegible] Apud affricam beati Valeriani episcopi & confessoris. Qui cum
esset plus annorum quam lxxx. extra ciuitatem singularis expelli
iussus est. & ita preceptum. ut nullus eum neque in domo neque in agro
dimitteret habitare. sicque in strata publica multo tempore nu
dus diu sub aere iacens. in confessione catholice ueritatis. & de
fensione scimonie cursum beate uite compleuit. In territorio au
relianensium sancti MAXIMIANI CONFESSORIS.

G[illegible] Trium puerorum Ananie Azarie Misahelis. quorum corpo
ra apud babiloniam sunt posita. Rauenne sanctorum Valentini Naulis &
Agricole. Vienne sancti Adonis episcopi & confessoris. totius sanctitatis uiri.

XVII A[illegible] Translatio sancti Ignatii episcopi & martiris. Qui ab urbe
roma antiochiam delatus. iacet extra portam dampniticam in cymi
terio ecclesie. Eodem die beati Lachari. quem dominus in euangelio legitur re
suscitasse a mortuis. Item beate Marthe sororis eius. Quorum uenerabi
lem memoriam extructa ecclesia non longe a bethania ubi euicino
eorum domus fuit conseruat. In oriente apud eleuteropoli ciuitatem
sanctorum martirum quinquaginta. qui sub sarracenis passi sunt.

[illegible] L[illegible] Apud macedoniam ciuitate philippis natus beatorum martiri
Rufi & Zosimi. Hi ex eorum numero discipulorum fuerunt. per quos primi
tiua ecclesia in iudeis & grecis fundata est. De quorum etiam felici agone
scribit sanctus Policarpus in epistola ad philipenses. In affrica sancti Moy
sitis martiris. Turonis sancti Gratiani episcopi & confessoris. Qui ab urbe roma
eidem ciuitati primus directus episcopus. multis clarus miraculis requi
euit in pace. Eodem die Flauiti episcopi & confessoris. ITEM
WINNI BALDI CONFESSORIS.

C[illegible] Apud egyptum beati Nemesii martiris. Qui ab emiliano